

misericordię¹ respicientes in nostram protectionem suscepimus ex imperiali gratia statuentes, ut sine consensu abbatis et fratrum nunquam² alius advocatus eidem pręsit ecclesię quam Romanorum imperator, et si fratres egeant subadvocato, qui eos vice imperatoris tueatur, liceat eis in quamcumque personam velint convenire; quę si vicem imperatoris male gerendo fratribus inutilis extiterit, liberum sit eis arbitrium requirendi ab imperatore meliorem subadvocatum. Pręterea nullius (f. 288') subadvocati heredes quidquam iuris in advocatiam sibi vindicare pręsumant, nisi per voluntatem abbatis et fratrum vicem imperatoris obtineant, et si inutiles inventi fuerint, a regimine advocatię desistant. Hoc quoque nostrę institutionis edictum omnibus successoribus nostris in exemplum relinquentes ratum esse cupimus et ab omnibus inviolabiliter observari. Sicut autem a fundatore eiusdem ecclesię marchione Guiberto constitutum est, ita et nos concedimus, ut singulis annis sanctę Romanę ecclesię aureus nummus in signum libertatis inde persolvatur et nulla inquietatione de cętero locus ille molestetur. Statuimus quoque, ut nostra auctoritate fratres eiusdem loci monetam, theoloneum et forum in eadem civitate perpetuo iure possideant et omnia suę dignitatis [iura] cum utilitate quam hactenus habuerunt vel imposterum conquirere poterunt in silvis pascuis pratis rivis molendinis seu quibuscumque aliis usibus nichilominus obtineant. Et si quis ministerialium nostrorum de hereditate sua quicquam illuc conferre voluerit, licentiam habeat nostra fretus auctoritate. Ut autem hęc rata permaneant, pręsentem paginam inde conscriptam sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Huius rei testes sunt: Wigmannus Magdeburgensis archiepiscopus, Udo Nuenburgensis episcopus, Euerhardus³ Merseburgensis episcopus et ei[us]dem ecclesię Hogerus prępositus, Cristanus decanus, Euerhardus camerarius, Lvdewigus lantgravius et filius eius Lvdewigus⁴, Otto marchio de Brandenburch, Teodericus comes de Wirbene, Otto marchio de Misna, Theodericus marchio, Dedo comes et frater eius Heinricus comes, Vdelricus filius ducis Boemię, Burchardus burcgravius Magdeburgensis, Heinricus pręfectus de Lisnik, Heinricus pręfectus de Aldenburk, Cūnradus de Bokesberch, Rṽpertus de Vroburch, Adelbertus et frater eius Heinricus de Grūnbach, Erkenbertus de Thekuiz, Radeboto de Griphinhagen, Burchardus de Griphinberch, Adelbertus de Aldenburch, Gumpertus et frater eius Heinricus de Cotsowe,

1) cod.: 'minime'. 2) cod.: 'antequam'. 3) Das folgende nach dem Originalfragment (A), von dem Herr Prof. W. Arndt mir eine paläographische Abschrift gütigst zur Verfügung stellte. 4) Das o über dem v vielleicht weggeschnitten, ein Schicksal, das sämtliche Kürzungszeichen der ersten Zeile getroffen hat; die erste Zeile nach Arndts Mittheilung von anderer Hand als das folgende.